

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Gottlieb Christophori Harles Anthologia Graeca Poetica**

**Harless, Adolf Gottlieb Christoph  
Baruthi, MDCCXCII.**

**VD18 13527622**

Vorwort

**urn:nbn:de:gbv:45:1-18225**

## PRAEFATIO

Quum in Gymnasio academico Coburgensi, cuius memoriam grata mente usurpo, et cui deus faueat, litteras bonas docerem, in usum mearum scholarum ex iis potissimum poetis graecis, quorum exemplaria tum quidem temporis minus obuia erant, particulas, quas puerili ac iuuenili ingenio aptas iucundasque fore existimabam, delegi, notisque illustratas emisi in uno fasciculo, addita Aristophanis coenoedia, *Plutus* inscripta \*). Nec labor exitu caruit optato. Plures enim doctores tam scholastici, quam academicci illam collectionem haud indignam habuerunt, quam in schoolis suis graecis interpretarentur. Quare septem fere post annis nouam paraueram editionem, et ordinem poeimatum, ut a facilioribus ad difficiliora commodius progreedi possent iuvenes, multaque alia mutaueram. Insuper alia adieceram carmina; sed versionem faciliorum intellectu particularum latinam, fabulam Aristophanis, a me postea separatim editam \*\*), ne libelli cresceret moles, omisi. Ideo nouam \*\*\* ) in fronte libri

\*) Libri inscriptio est *Chrestomathia graeca poetica. etc.* Coburgi 1768. mai. 8.

\*\*) *Aristophanis Plutus — et Coluthi raptus Helenae etc.* Noribergae 1776. 8.

\*\*\*) *Anthologia graeca poetica. Noribergae, in officina Felseckeriana, 1775. 8.*

## PRAEFATIO

libri posueram inscriptionem. Quum autem sub extum superioris auctumni acciperem, a nonnullis scholaram magistris flagitari exemplaria, nec ullum in taberna libraria redemptoris opusculi reperiri: praeter opinionem nouam curare editionem, ne deessent exempla, sum coactus.

Quod negotium quia differri non potuerat, et tamen librarius, aliis laboribus occupatus, in longiore, quam commoduin esset, ducere videbatur moram: illo consentiente, commisi *tertiam* hanc editionem curatori bibliopolii Lübeckiani, ut noua exempla suo sumtu praelo exire iuberet. In hoc autem opere profligando quomodo versatus sim, paucis indicabo. Omnes quas superior continet editio, particulas retinui: at primum, suadentibus viris doctis reique scholasticae peritis, plures inserui. Hymnos et scolia addidi, ut vetustissimi huius poeseos generis, mythorumque antiquitas, ratio et diuersitas, etiam vicissitudine mature cognoscerentur atque explicarentur. Ex Theocrito, Moscho, Meleagro aliisque plura delegi poemata, quorum interpretatio siue ad delectationem animi, siue ad mores temporum illorum cognoscendos et ingenium poetarum perspiciendum, siue etiam ad historiam antiquitatis illustrandum utilis fore mihi videbatur. Pythagoricum carmen, licet haud genuinum Pythagorae foetum, retinui, non propter veneres alias ue virtutes poeticas; sed ut per hanc occasionem tironibus praecepta pie recteque viuendi darentur, adulteribus autem, quantum sufficeret, philosophiae pythagorico-platonicae pars coimmodo exponeretur. Tum optimas, saltem criticis probatas sequutus sum poetarum illorum, ex quibus carmina integra sumsi, recensiones, et suis quamque locis laudauit. Quapropter in  
grac-



## PRAEFATIO

xi.  
graeco contextu lectiones et in notis sententiam meam  
ta. crebro mutaui, eoque factum est, ut vel hac ratione  
pi. haec editio plane differret a superiore. Integra autem  
m. carmina, quam meinbra longiorum poematum discer-  
ta. pta, quae a toto corpore abrupta succo fere sanguine-  
n: que carent, adeoque nec semper placere nec plene re-  
cu. eteque intelligi possunt, in hanc anthologiam recipere  
uo. malui. Ne tamen nouorum illorum carminum acce-  
eti. sione libelli magnitudo cresceret et usui atque consilio  
ad. institutoque officeret, in adnotationibus ad poemata,  
tu. in superiore editione collecta, ea, quae de vita aucto-  
Ex. rum scripsoram, omisi, multa resecui, aut contraxi:  
egi. ad ea autem, quae in hunc coegi fascem, studui breui-  
em. tati, quamuis frequens offerretur occasio, latius exspa-  
dos. tiandi \*). Praeter ea rescidi versionem latinam et  
hi. commentaryem in Europam Moschi.

Quod plures magistri plenum vocabulorum indi-  
ba. cem, rei familiari atque ingenio adolescentum utilem  
y. et vero necessarium fore iudicarunt, me vero tempus  
ias. defecit, illius laboris molestiam, me rogante, luben-  
ro. ter suscepit cl. *Degen*, a multis annis mihi iucundissi-  
lul. mus atque amicissimus, qui in praesenti ludum littera-  
py. rum Neostadii ad Aissum non sine gloria fructuque  
um. moderatur. Ille igitur vir doctissimus pro ea, qua  
eta. pollet,

\*) Hic tantum addere liceat, *Tyrtaeum* I. v. 32. ut iliter posse comparari cum *Homero* Il. β'. 418. — de daemonibus, apud Pythag. A. C. v. 2. docte disputasse *Rhoer* in feriis Dauentr. pag. 112. sqq. — In *Theoriti* Id. XV. 20. F. Jacobs in specimine emendatt. in auctores veteres etc. Gothae 1786. 8. pag. 45. scriendum haud male videri ἀπαν δύο et sic legisse Eustath. in Il. A. p. 81. 34. eundem ibidem pag. 53 — 57. quaedam loca *Bionis* I. et *Moschi* II. emendare atque interpretari.



## PRAEFATIO

pollet, linguae graecae facultate atque scientia, ea, quae in indice meo, superiori editioni adiuncto, defunt, sedulo collecta adiiciet, intelligenterque interpretabitur. Nam, dum haec scribo, nondum in manus meas venire potuerunt illius chartae. Id autem scio et grata mente praeuideo, *Degenium* metum laudabili illa opera et discipulos et magistros mire sibi deuinctos redditurum esse.

Operas, quibus quum praeesse non potuerim, maxime in accentibus, iisque carminibus, in quibus describendis aliena me manu vti oportuit, saepius peccasse, valde doleo, atque lectores, vt ignoscant imbecillitati humanae, etiam atque etiam oro rogoque. Quae equidem leuiter recognoscendo plagulas animaduerti errata, ea in fine adnotabo. Tu vero L. B. vale meisque contibus faueas velim. Scripsi Erlangae d. xiv. Aprilis  
ccccclxxxii.

GOTTLIEB CHRISTOPHOR.  
HARLES.

EX



Χαίροιτε λοιπὸν ἡμῖν  
Ἡρῷες· ή λύρη γὰρ  
Μόνος ἔρωτας ἄδει.

## CARMEN II \*).

Φύσις κέρατα τάνγροις.  
Οπλὰς δ' ἔδωκεν ἵπποις.  
Ποδωκίην λαγωοῖς.  
Λέγοις χάσμ' ὁδόντων.  
Τοῖς ἵχθύσι τὸ νηκτόν.  
Τοῖς ὀρνέοις πέτασθαι.  
Τοῖς ἀνδράσι Φρόνημα.  
Γυναιξὶν δὲ εἴτ' εἰχεν.  
Τί δὲ δίδωσι; καλλος.

1

5

A 2

'Aut'

cum vestris bella valete modis. Theocr. Adon. 149. χαῖρε,  
Ἄδων ἀγαπατέ. Idem XVI. 64. Euripid. Phoeniss. 621  
(vbi vide Valkenar.) Μῆτερ, ἀλλά μοι σὺ χαῖρε. Iam  
vale, mater.

\*) Poeta suauiter recenset, quae natura singulis  
animalium generibus et homini tamquam propria et pe-  
culia dederit, cum inexspectata sexus sequioris  
laude.

v. 1. Φύσις Phocyl. 117. sqq. Oppian. Halieut. V. 94.  
ibique Rittershus. a Barnesio iam excitati sunt ad h. l.

v. 7-9. Variae variorum de h. l. sunt sententiae. Pri-  
mum, quid sit Φρόνημα? dissentunt interpres. Alii  
enim vertunt prudentiam, quam interpretationem fir-  
mare videntur Phocylides l. c. et Quindil. Institt. orat.  
II. 20 s. 9. Quod si ea in quoque animalium est virtus,  
qua praefat cetera vel pleraque, ut in leone impetus, in  
equo velocitas; hominem porro ratione atque oratione excel-  
lere ceteris certum est: cur non tam in eloquentia, quam